



Epistola
1
13
SERENISSIMO DUCI FRAN-
CISCO VENERIO, & inclyto senatui Rei-
publicæ Venetæ, æternam felicitatem
precatur Matthias Fla-
cius Illyricus.



EMPER profectò singulari quodam favore ac amore, singulariq; benevôlentia istam vestram felicissimam, optimeque constitutam Rempub. præ cunctis aliis Imperiis Potentatibusq; profecutus sum. Cujus mei animi ac Voluntatis erga vos non tantum conscientiam meam, sed & ipsum cordium cognitorem Deum, te-Item allegare possim. Id verò mihi accidit partim quidem, quòd sub vestro Imperio natus educatusque sum; (justum enim, atque etiam à Deo ipso mandatum est, ut nostros ordinarios Magistratus, nisi nimium enormiter ad tyrannidem declinent, non tantum timeamus sed etiam ut parentes ex animo amemus, & honoremus :) partim vero, quòd vestra gubernatio non parum mitior ac justior est, quam ullius alterius Regis, aut Domini. Hinc ergo evenit, ut semper hætenus optaverim, occasionē aliquam mihi dari, qua & voluntatem hanc meam erga vos declararem, & vos aliquo officio aut munusculo honorarem. Id autem quum diu deliberans mecum quærerem, non aliud potui invenire, quod vel me magis deceret, vel vobis utilius esse posset, huam quo vobis aliquam occasionem quærem, ad clariorem

A

riorem